

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors cn  
cum fonte primo

Inquietam nobis uitam facimus metu  
mortis et

tanta est hominum  
demencia ut quidam timore  
mortis cogantur ad mortem.

Firmandi sumus ne nimis  
amemus uitam et ne nimis  
oderimus mortem. Eciam cum  
ratio suadet finire sed non temere.

Vir fortis et strenuus non fugere  
debet de uita sed exire, et ante omnia  
ille quidem uitetur affectus qui multos  
occupauit libido moriendi.

Seneca XXIII. epistola.

Item alio loco dicit: ‘quid tam ridiculum  
quam adpetere mortem, cum  
vitam inquietam tibi feceris metu  
mortis?’ His adicias et  
illud eiusdem notae licet,  
tantam hominum imprudentiam esse,  
immo dementiam, ut quidam timore  
mortis cogantur ad mortem.

→ Quidquid horum tractaueris, confirmabis  
animum vel ad mortis vel ad vitae  
patientiam; [at] in utrumque enim  
monendi ac

← firmandi sumus, et ne nimis  
amemus uitam et ne nimis  
oderimus. Etiam cum  
ratio suadet finire se, non temere  
nec cum procurso capiendus est impetus.  
Vir fortis ac sapiens non fugere  
debet e uita sed exire; et ante omnia  
ille quoque uitetur adfectus qui multos  
occupauit, libido moriendi.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 24, 23-25 (L.  
Reynolds ed., vol.1, pp.71-2, ll.19-24, 1-  
6).